



Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

Iudicium quinque partibus constare, iurisdictio aute[m] multiplex, quales
singule species.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

dum in causa, in qua contumax est, verum & omni in alia
audientiam denegare potest, ut eò loci Maran. in quinta pe-
na scribit. & Ias. etiam tradit in l. iusiurandum & ad pecu-
nias. §. ait praetor. numero 2. ff. de iurciurand. Quibus duas
& alias penas ultra Ias. & Maran. addere poteris. scilicet
ut* contumax privilegij forum allegare non possit. auctore
Afflict. decis. 133. Item quòd aduers. in contumacem iura-
mento partis de expensis creditur, Mars. sing. 239. contumax
& Ripa in l. 2. numero 8. ff. de re iud. Nicolaus Antonius
Grauatus.

Iudicium quinque partibus constare, iurisdictio
autem multiplex, quales singula
Species.

C A P. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurisdictio quadruplex est.
 - 2 Iudicem ordinarium tria faciunt, scilicet lex,
consuetudo, & consensus.
 - 3 Arbitri qui dicantur, & qui arbitratores.
 - 4 Iudex nullus in Ro. cur. ordinariam iurisdictio-
nem à seipso habet, nisi à Pontifice, excipiuntur
tamen Auditores sacri palatii.
 - 5 Arbitrorum à sententia non appellatur, & qua-
nam sit ratio.
 - 6 Sententia arbitrorum non parit actionem neque
exceptionem, fallit tamen.
 - 7 Arbitrium, siue compromissum iuramento non
firmatur iure civili, secus autem canonico.
- I**N Iudicio sex considerantur, iurisdictio,
persona, tempus, locus, causa, & figura iudi-
cij. De quorum singulis dicemus. Iurisdictio
*quadru-

quadruplex: voluntaria, quæ altera parte volente expeditur, vt in adoptione, manumissione & emancipatione, potest enim quis inuitus manumitti. §. 1. institut. quibus. ex caus. manumit. non licet. Propria vt ordinarij, qui iure suo vel Principis beneficio iurisdictionem vniuersaliter exercet in suo territorio. l. more maiorum, cum sequ. ff. de iuris. om. iud. c. duo, extra de offic. ordi. xxiij. distincti. c. omnes, extra de electione. significasti. l. pupillis. §. territorium. ff. de verbo. signi. xvij. q. 6. c. 1. vt præses in sua Prouincia, Episcopus in sua diocesi & similes. Tria enim faciunt ordinarium, lex eo ipso quod sunt tales in suo territorio, Princeps vtpote Papa & Imperator, nec alius inferior dabit ordinarium, nisi Episcopus suo vicario, quem sic datum non non à lege, sed à principe & homine, ordinarium vocamus substitutum. d. l. more maiorum. Amplius & consuetudo quoque approbata ordinariam dabit, vt quando vniuersitates etiam artium ex approbata consuetudine iudicem sibi deligunt ordinarium, ad not. in cap. cum ecclesiarij, extra de offic. ordi. gloss. in l. & quia. ff. de iuris. om. iudic. de qua ordinaria iurisdictione habemus in vtroque iure tractatum de offic. ordina. Conventionalis, quæ ex communi partium consensu tribuitur, & vocantur arbitri, in qua sub stipulatione poenæ compromittitur. 2. questio. 6. cap. à iudicibus. Ab a horum sententijs non appellatur, sed eis acquiescant litigatores metu poenæ. l. non distinguemus. §. 1. C. eodem. cap. dilecti extra eodem, vel metu iuramenti, b quod secundum canones interuenire solet. capit. 2. capit. per tuas extra eodem. 22. questio. 1. cap. quod

quod licet, & si secus sit de iure civili, authen,
decernimus. C. eodem. Horum duę sunt species,
Arbitri & Arbitratores. Arbitri * sunt, in quos
litigatores ex consensu compromittunt super re
litigiosa. Quorū arbitria ad instar iudiciorum
redacta sunt. l. 1. ff. de arbitris. Arbitratores ve-
rò non super re litigiosa, sed vt componant, vel
diffiniant inter partes, vtpote inter cohæredes
hæreditatem, vel aliàs rem communem inter so-
cios arbitrio boni viri diuidant, ad hoc. leg. so-
cietatem. ff. pro socio, demandata siue delega-
ta iurisdictio ab alia propriam habente depen-
det, quam recipit quis ex superioris delegatio-
ne, & ipsius delegantis vices gerit, nec aliquid
propriū habet. l. licet. ff. de offic. eius. Verū *
nullus in Romana curia habet ordinariam iu-
risdictionem à se ipso, nisi à Papa, Archidiacono,
cap. experientia. 11. quæstion. 1. ad notat. in
clem. ne domini de electio. c. tamen si plures sine
in ea ordinarij substituti iuxta dictam l. more
maiorum, vtpote auditor contradictarum inter
omnes impetrantes, Præsidentes cameræ apo-
stolicæ in omnibus, quæ suprà ad eorum notio-
nem diximus pertinere. Auditor curiæ caussa-
rum Cameræ apostolicæ, inter omnes curia-
les & alios censurarum reos, Gubernator Urbis
inter omnes vrbanos non exemptos, Vicarius
inter clericos etiam regulares, & alios, si quē
religionem aliter sequantur. Hi omnes ordi-
narij sunt Iudices, non à seipsis, sed à Papa sub-
stituti. Reliqui delegati sunt, & dietim à
Pontif. dantur, à quibus tamen excipio sacri pæ-
latij auditores, qui ordinariā habent in audien-
do &c

do & cognoscendo eo ipso, quod in eum ordinem sunt adsciti, & delegatam in definiendo.

ANNOTATIONES.

A B horum.) quod * a sententia arbitrorum non appelletur, rationem tradunt scribentes in l. 2. ff. de arbit. & in ca. per tuas, eod. titu. qui * ex ipsa sententia neque actio, neque exceptio oritur, sed ei metipsum paremus, quod tamen semper perpetuum non est. Fingimus sententiam tacite, vel expresse emologatam fuisse, tunc certe imposita fuerit pena, siue non, ex ipsa tamen sententia de iure Pontificio actio oritur, ut Alex. scribit in l. 1. pretor, num. 3. ff. de re in qui hanc opinionem communiter inter interpretes esse affirmat, ubi etiam las. num. 12. Nicolaus Anton. Grauius.

Com.
opi.

b
7

Quo secundum.) Cas. reo iure arbitrio * iurcirando firmari prohibitum est, auct. decernimus, C. de arb. vel aliter iure Pontificio canetur, quod quidem hac in re ipsi nulli praeualeat, veluti Bald. ac ceteri in d. auct. asserunt, Abb. in c. 2. de arb.

c

Tamet si.) Adde Specul. in tit. de offic. ordinar. §. 1. ver. ordinarius, ubi Bald. & in tit. de iud. deleg. §. 1. nunc. Vant. quoque in tract. de null. ex def. iurisd. deleg. §. 6. & sequentibus, qui assatim loquuntur. Nicolaus Anton. Grauius.

Duplex in iudicijs personarum species.

CAP. IIII.

SUMMARIUM.

- 1 Coniunctus pro coniuncto admittitur in profanu sine mandato, secus tamen in spirituali.
- 2 Rescripta ad lites absque speciali mandato, valide pro alio impetrantur ex communi usu.
- 3 Procurator in Rom. cu. pro principali absenti ad soluendas expensas regesti obligatur.

* Clar.